



BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO

DE LA

DIÓCESIS DE SEGOVIA.

La publicación de este BOLETÍN tendrá lugar los días que S. E. I. lo determine y las necesidades del servicio lo exijan.

SUMARIO.—Ausencia del Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.—Letras Apostólicas de Su Santidad León XIII, recomendando oraciones por los cristianos disidentes.—*Crónica religiosa*: Misiones en Cogeces de Iscar.

OBISPADO DE SEGOVIA.

En el día de ayer salió de esta ciudad para la parroquia de Mojados, provincia de Valladolid, nuestro Excmo. é Ilmo. Prelado, con objeto de continuar la Santa Pastoral Visita, proponiéndose hacerla por ahora en los Arciprestazgos de Coca é Iscar y de Nieva.

Acompañan á S. E. I., D. Lucas Redondo, Beneficiado de esta Santa Iglesia Catedral y Vicesecretario de Cámara y Gobierno, en concepto de Secretario de Visita, y los Sres. D. Antonio Sánchez Herrero y D. Fidel Bermejo, en concepto de familiares.

El Gobierno de la Diócesis sigue á cargo del Sr. Dr. D. Bartolomé Rodríguez y Ramírez, Arcipreste de la Santa Iglesia Catedral y Secretario de Cámara y Gobierno del Obispado.

PER SOLLEMNIA SACRAE PENTECOSTES
PECVLIARES PRECES CATHOLICIS COMMENDANTVR

LEO PP. XIII

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTVRIS
SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Provida matris caritate dignum maxime est votum, quod Ecclesia rite Deo exhibere non cessat, ut populo christiano, quacumque ille patet, *una sit fides mentium et pietas actionum*. Similiter Nos, qui Pastoris divini ut personam in terris gerimus ita studemus animum imitari, idem propositum catholicas inter gentes fovere nullo modo intermisimus, idemque

nunc enixius apud gentes eas urgemus, quas Ecclesia ipsa iam diu ad se magno revocat desiderio. Hisce vero consiliis curisque Nostris unde praecipue et auspicia petierimus et incrementa expectemus, non obscurum est apertiusque in dies extat: ab eo nimirum qui *Pater misericordiarum* iure optimo invocatur, et cuius est illustrare mentes benigneque voluntates flectere in salutem.—Nec sane catholici non videre possunt quanta sit susceptarum a Nobis rerum gravitas et praestantia; in eis namque, cum amplificatione divini honoris et christiani nominis gloria, salus plurimorum vertitur sempiterna. Quae ipsi si probe religioseque, ut aequum est, considerent, acriorem profecto sentient animis vim flammamque supernae caritatis, nihil quidquam Dei gratia recusantis, nihil non enitentis pro fratribus. Ita fiet, quod magnopere optamus, ut Nobiscum illi coniungant alacres non modo secundi exitus fiduciam, sed omnem etiam quam possint opem; eam in primis quam humiles sanctaeque preces a Deo conciliant.—Cuiusmodi officio pietatis nullum videtur accommodatius esse tempus, quam quo olim Apostoli, post Domini ascensum in caelum, simul constiterunt *perseverantes unanimiter in oratione cum... Maria Matre Jesu* (1), promissam expectantes *virtutem ex alto* omniumque dona charismatum. In eo nempe Caenaculo augusto ex eoque Paracliti illabentis mysterio, Ecclesia, quae iam a

(1) Act. IV, 14.

Christo concepta, ipso moriente prodierat, tunc feliciter, quodam veluti afflatu divinitus accedente, suum coepit obire munus per gentes omnes, in unam fidem novitatemque christianae vitae adducendas. Brevisque tempore fructus consecuti sunt uberes et insignes; in quibus ea voluntatum summa coniunctio, numquam satis ad imitationis laudem proposita: *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una* (1).

Ob eam Nos causam censuimos catholicorum pietatem hortatu atque invitatione excitare, ut per exempla Virginis Matris et Apostolorum sanctorum, proximis novendialibus ad sacrae Pentecostes sollemnia, Deum velint uno animo et singulari studio adprecari, illa instantes obsecratione: *Emitte Spiritum tuum, et creabuntur: et renovabis faciem terrae.*—Maxima enimvero ac saluberrima bona ex eo sperare licet, qui Spiritus est veritatis, arcana Dei sacris in Litteris elocutus, Ecclesiamque perpetua praesentia confirmans; ex quo, vivo sanctitatis fonte, regeneratae animae in divinam adoptionem filiorum mire ad aeterna augentur et perficiuntur. Siquidem ex multiformi Spiritus gratia divinum in eas lumen et ardor, sanatio et robur, levamen et requies, omnisque prosequendae bonitatis animus, sancteque factorum fecunditas perenni munere derivantur. Idem denique Spiritus virtute sua in Ecclesia sic agit, ut mystici huius corporis quemadmodum *caput* est Christus, ita

(1) *Ib.* 32.

(1) *Summa the. s. thomae q. III. p. III. c. 1. s. 2.*
(2) *Philipp. II. c. 3.*
(3) *ib. c.*

ipsemet *cor* apta possit similitudine appellari: nam *cor* habet quamdam *influentiam occultam*; et ideo *cordi comparatur Spiritus Sanctus qui invisibiliter Ecclesiam vivificat et unit* (1).—Quoniam ille igitur omnino *Caritas est* eique opera amoris insigniter tribuuntur, valde idcirco sperandum, fore per ipsum ut, evagante spiritu erroris et nequitiae cohibito, arctior fiat quae decet Ecclesiae filios vigeatque consensio et societas animorum. Qui quidem, secundum admonitionem Apostoli, nihil per contentionem agant, idem sapiant, eandem habeant caritatem unanimes (2); atque ita Nostrum explentes gaudium, civitatem quoque incolumem florentemque non uno nomine efficiant. Ex hoc autem catholicorum inter se christianae concordiae specimine, ex hac impensa divini exorandi Paracliti religione, eo sperandum est vel maxime de reconciliatione quam instituimus dissidentium fratrum provehenda; ut idem illi velint in semetipsis sentire *quod et in Christo Iesu* (3), eiusdem nobiscum fidei atque spei aliquando compotes, vinculis coniuncti optatissimis perfectae caritatis.—At vero, praeter bona emolumenta quibus fideles, quotquot hortationi Nostrae libentes responderint, talem pietatis fraternique amoris sollertiam certe a Deo cumulatam habebunt, placet Nobis praemia sacrae indulgentiae ex thesauro Ecclesiae addere et largiri.

(1) *Summa th. s. THOMAE* p. III, q. VIII, art. 1. ad 3.

(2) Philipp. II, 2, 3.

(3) *Ib.* 5.

Itaque omnibus qui novem continuis diebus ante Pentecostem quotidie preces aliquas peculiare ad Spiritum Sanctum, publice vel privatim, pie fecerint, concedimus in singulos eos dies indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum; plenariam autem in uno quolibet eorumdem dierum vel festo ipso die Pentecostes vel quolibet ex octo insequentibus, modo rite confessione abluti sacraque communione refecti ad mentem Nostram, quam supra significavimus, supplicaverint Deo. Hoc praeterea tribuimus, ut si qui easdem precum condiciones iterum pro pietate sua praestent per octo dies a Pentecoste proximos, ipsis liceat utramque consequi iterum indulgentiam. Quae beneficia etiam animabus piis igni purgatorio addictis converti ad suffragium posse, atque in posteriores item annos esse valitura, auctoritate Nostra decernimus atque edicimus; iis ceterum salvis quaecumque de more sunt ac iure servanda.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die V Maii anno MDCCCXCV, Pontificatus Nostri decimo octavo.

G. CARD. DE RVGGIERO.

CRÓNICA RELIGIOSA DE LA DIÓCESIS.

MISIONES EN COGECES DE ISCAR.

EXCMO. É ILMO. SR. OBISPO DE SEGOVIA.

Mi muy respetable y amado Prelado: Tengo la inmensa satisfacción de participar á V. E. I. que los Reverendos Padres

del Inmaculado Corazón de María, D. Eugenio Pedrero y D. Ramón Serra, hicieron su entrada oficial al mediodía del 27 de Marzo próximo pasado en esta parroquia de mi cargo, con el fin de dar en ella una santa Misión, habiendo sido recibidos á las inmediaciones del pueblo por todas las autoridades de éste y las del inmediato de Megeces de Iscar, Cura Párroco de Remondo, señor Ecónomo de Mojados y casi todos los vecinos de ambas localidades, con las más expresivas manifestaciones de cariño y entusiasmo.

Desde allí nos dirigimos todos procesionalmente al templo parroquial, ocupando en seguida la sagrada cátedra el R. P. Serra, con el doble fin de expresar á los concurrentes el profundo reconocimiento que sentían por la afectuosa y entusiasta acogida que les habían dispensado, y de señalar las horas en que se verificarían los ejercicios de la santa Misión, fijando la de las cuatro de la mañana y siete de la tarde.

Comenzó en efecto el primer ejercicio á la hora señalada de la tarde de aquel mismo día, ocupándose el R. P. Serra en la explicación de los principales puntos de la doctrina cristiana con la claridad y solidez que sabe hacerlo, y predicando en los dos ejercicios las sublimes verdades de nuestra religión sacrosanta, con la elocuencia y unción que le son peculiares, el R. P. Pedrero.

Durante los cuatro días de la santa Misión han trabajado con incesante anhelo estos esforzados adalides de la religión, logrando la más puntual asistencia de todos mis queridos feligreses, quienes han purificado sus conciencias en el Santo Tribunal de la Penitencia y fortificado sus almas con el pan eucarístico.

El último día de misión, 31 del citado mes, el R. P. Pedrero bendijo el *Vía crucis* y después de preparados convenientemente, se dió la comunión á los enfermos.

La noticia de que se había terminado la santa Misión y de que se alejarían de entre nosotros los Reverendos Padres

en la tarde del día siguiente, produjo hondo sentimiento en todos, manifestado por las lágrimas que derramó la inmensa muchedumbre al dar el adiós de despedida al R. P. Pedrero que se dirigió á la villa de Olmedo; y por las nuevas y mayores manifestaciones de júbilo de que fué objeto el R. P. Serra durante todo el camino hasta llegar al pueblo de Megeces á donde iba, con ánimo de celebrar en aquella Parroquia un septenario de Dolores y oír las confesiones de sus religiosos habitantes.

Los actos más suntuosos celebrados durante el septenario fueron, en el viernes de Dolores, la bendición y ofrecimiento de los niños á la Santísima Virgen, usando cada uno de ellos la conmovedora fórmula de *¡Madre mía, aquí tenéis á vuestro hijo!* ceremonia que enterneció sobremanera á los asistentes, y la procesión de la Santa Imagen por las principales calles del pueblo, la más ordenada y concurrida que se ha visto en aquella feligresía, el último día 7 del corriente.

En la tarde de aquel mismo día, después de una tierna y afectuosa despedida, se marchó el P. Serra á la villa de Iscar, para hacer los trabajos de Semana Santa.

Termino esta desaliñada carta enviando á V. E. I. el testimonio de mi respeto y gratitud por habernos proporcionado los beneficios inapreciables de la santa Misión; el de mi reconocimiento á los RR. PP. Misioneros por su celo incansable en los trabajos hechos en beneficio de mis feligreses; las más expresivas gracias á mis dignos compañeros por su eficaz cooperación al buen resultado obtenido, y á todas las Autoridades y feligreses de ambas parroquias por su conducta ejemplar y laudable.

B. el A. P. de V. E. I. s. h. s.,

JUAN ALCALDE.

Cogeces de Iscar á 23 de Abril de 1895.